Uani sunt a[...] homine[...] [...]us non subest XIII
scientia di[...] is quae ui[...]ur bona.
non potuerunt eum intellegere qui est. Neq;
operibus adtendentes agnouerunt quis esset
artifex. Sed aut ignem aut spm. aut citatum
aerem. Aut gyrum stellarum. aut nimiam
aquam. Aut solem & lunam. rectores orbis
terrarum deos putauerunt. Sciant quanto
dominator eorum. speciosior est. Speciei
enim generator haec omnia constituit. Aut
si uirtutem & opera eorum mirati sunt. In
tellegant ab ipsis: qm qui haec constituit
fortior est illis. A magnitudine enim speciei.
& creaturae cognoscibiliter poterit horum
creator uideri. Sed tamen adhuc in his mi
nor est querela. Et hi enim fortasse
errant. dm quaerentes & uolentes inuenire.
Etenim cum in operibus illius conuersentur
inquirunt. Et persuasum habent qm uana
sunt quae uidentur. Iterum aut nec his debet
ignosci. Si enim tantum potuerunt scire ut
possint aestimare saeculum: quomodo huius
dnm non facilius inuenerunt. Infelices autem
sunt & inter mortuos spes eorum. qui appel

Sap. 13, 1 – 10 III
10 – 19

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, , Fragm_6_3r – Biblia Sacra Vulgata (https://fragmentarium.ms/view/page/F-hyhn/714/10969)